

ANGELI

POLITIANI OPERVM TOMVS PRI-
mus: Epistolarum lib. XII. & Miscellaneorum
Centuriam unam complectens.



Con Soc J. M. V. Alm. ex dono Regum
COMITE FORTVNA.

num. 32. cap. 2. num. 28.

SEBASTIANVS GRYPHVS

Lectori S.

QVVM VERA emendate loquendi facultas non melius aliunde, nec citius perfectiusue paratur (ut D. ERASMVS nostræ ætatis unicus Apollo, testatur) quàm cum ex castigate loquentiũ colloquio, cõuictuq; tum ex eloquẽtium autorum assidua lectione: Rursum Barbaries è sca brosis illis, spinosis, ac cõclamatis authoribus cõtrahatur: Fit, ut inueniãtur qui perpetuũ quinquennium in Ciceronis elucubrationibus lectitãdis cõtruerint: uti eius uiuos, mellitos, latẽtesq; eloquẽtiæ aculeos assequi possent: nec id infelicer admodũ cessit. Eò & nos hũc Barbariei strenuũ oppugnatorẽ, in enchiridij formã contractũ, his formulis minutioribus excudimus: ut & ab his quibus res est angusta domi, minoris cõparari, & ab oĩbus nocturna uersari manu, uersari diurna cõmodius possit. ANGELVS hic est, politissimus ille Politianus, quẽ Medica familia & fouit benigne, & religiose coluit, Hermolaus Barbarus, Picus Mirandula, alijq; cõplures doctissimi uiri tot, tantisq; celebrarunt encomijs. Eum non mutilũ, mendosum, deprauatumue: sed integrum, emaculatũ, emendatumq; damus. Adiecta Græcorum interpretatione: Iacobo Tuscano, uiro in utraq; lingua doctissimo, autore: simulac Indice & adnotatiunculis, uocabula & res insigniores breuibus indicãtibz. Tuz nunc erunt partes, Lector amice, Politianũ tuum obuijs amplecti ulnis, è quo non parũ tum eloquẽtiæ tum eruditionis, si assiduo legas, assequeris. Cuius laudes data opera prætereo: quum id à doctissimis plerisq; sit factitatum. Id solum admonuisse contentus, Si doctis aliquando adscribi desideras, hunc tibi legendum. Vale.

VOCABVLO

RVM AC RERV

INSIGNIVM,

primi huius To-

mi Index.

A.

A Bannion 628**A** B ima die 208

Ab limine 500

Ab numeris 610

Achilles Patroclo iunior 574

Ad instar. 599

Adlocutio pro allocutio 119

Adnotatiunculae aliquae Politia-

ni in sylvas Stathij 155

Adq; pro atq; 118

Ad & At. 119

Adulescens pro adolescens. 127

133.

Aediles Cereales 647

Aegis Palladis 576

Aethia Callimachi 384

Africanus iurifcon. 153

Agon 606

Ai diphthongus 571

Alba linea 340

Albertus Magnus 490

Allicen Teius 494

Amicitiae uis 371

Amystis Threicia 386

Amphimachi caedes 623

Amphora 305

Amusis 340

Anima quid 55

Animalia dijs sacra 357

Animans haec 499. 517

Antia 582

Anticlus 622

Antigraphon 578

Antilochi caedes 623

Antiquarius 576

Anthus, siue Pub. Furius iurif-

consul. 153

Apulei locus 538

Apathia 9

Apinae 624

Aphthononij rhetorica pro-

gymnasmata 514

ἀποδ' ος 214

Apographon 578

Apollonij commentaria 614

Apollonius Molo 493

Aquai 571

Arbuscula mimia 211

Arcades pro seleni 665

Archetypae pandectae 627

ἀρεε ἀρεε 573

Argyropylus 673

Argumenta comœdiarũ Teretij

* 2 cuius

ANGELI PO

LITIANI EPISTOLARVM

Liber Primus.

ANGELVS POLITIANVS

Petro Medici suo, S. D.



PAGIST I mecum saepe numero magnanime Petre Medices, ut colligerem meas epistolas, & in uolumen redactas publicarem. Collegi, ne non in omnibus obsequerer tibi, quo sunt in uno spes oēs opesq; meae sitae. Neq; collegi tamen uniuersas: id enim laboriosius, quàm Sibyllae folia. Non scripseram uidelicet ad hoc ut in unum corpus referrentur: sed ad usum praesentem duntaxat, oblati argumentis, non quaesitis. Ita nec exempla mihi retinui, nisi quarūdam, puto minus feliciū, quae diu iam cum blattis & tineis rixabantur. Verumtamen, ut instar uoluminis efficerem, nonnullas etiam missas ad me, sed à doctis duntaxat, inserui, quae marcentem quasi stomachum lectoris excitarent. Est autem omnino stilus epistolarum mearum, ipse sibi dispar. Quo nomine multum quoq; scio reprehendar. Nam nec eadem mihi semper uoluntas, nec idem cuiq; uel personae, uel materiae congruebat. Non deerunt ergo quia dicant, ubi tam uarias epistolas legerint (si qui modo legerint) iterum me Miscellanea, non epistolas

MISCELLANEOUS
VIRTVTE DVCE,

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te



Nos facimus FORTVNA deam, caeloq; locamus.

COMITE FORTVNA.

